

autem Veneris maxima est part. XLVI. Mercurij uero circiter  
 XXII. Iamq̄ habemus in tabulis inæqualiū motuū singulis or-  
 bium sectionibus appositas prosthaphæreses. Quanto igitur  
 quæq̄ earum minor fuerit maxima, partem illi similē in utroq̄  
 sidere ex illis 11.9. partibus capiemus, ipsam ascribemus Cano-  
 ni infra exponēdo suis numeris, & hoc modo p̄ticulares quasq̄  
 latitudines obliuationum, quæ in summa & infima abside illo-  
 rum existente terra, habebimus explicatas, pro ut etiam in me-  
 dijs quadrantibus longitudinibusq̄ medijs declinationum la-  
 titudines exposuimus. Quæ uero inter hos quatuor termi-  
 nos contingunt, Mathematicæ quidem artis subtilitate ex pro-  
 posita circulorum hypothesi poterit explicari, non sine labore  
 tamen. Ptolemæus autem, quantum fieri potuit, ubiq̄ compen-  
 diosus, uidens quòd utraq̄ species harum latitudinum secundū  
 se tota & in omnibus suis partibus proportionaliter cresceret  
 & decreceret, ad instar latitudinis lunaris. Duodecies igitur  
 sumendo quaslibet eius partes, eo quòd maxima eius latitudo  
 quinq̄ sit partium, qui numerus est XII, pars Sexagesimæ, scru-  
 pula proportionum ex eis constituit, quibus non solum in his  
 duabus stellis, uerumetiam in tribus superioribus utendū pu-  
 tauit, ut infra patebit.

De tertia latitudinis specie Veneris & Mercurij, quã  
 uocant deuiationem. Cap. VIII.

**Q**uibus etiã sic expositis, restat adhuc de tertio latitu-  
 dinis motu aliqd dicere, quæ est deuiatio. Hæc prio-  
 res q̄ terrã in medio mūdo detinēt p̄ eccentrici simul  
 cū epicycli declinatiōe fieri existimāt circa centrum  
 terræ, maxime in apogeo uel perigeo cōstituto epicyclio. In Ve-  
 nere p̄ sextantē ptis, in Borea semp. Mercurio uero p̄ dodrantē  
 semp in Austro, ut ante diximus. Nec tamē satis liquet, an æq̄-  
 lem semper eandemq̄ uoluerint esse talem orbiū inclinationē,  
 id enim numeri illorū indicant, dum iubent sextam semper par-  
 tem scrupulorū proportionaliū accipi p̄ deuiatione Veneris,  
 Mercurij uero dodrantē. Quod locū non habet, nisi manserit  
 idem